

DE OVE ABERRANTE

1 APUD CONSTANTIAM, QUAE URBS IN CIVITATE FOEDERALI BADENIA-VIRTEMBERGIA SITA EST, CUSTODES PUBLICI MIRUM QUENDAM CAPTIVUM QUADRUPEDEM IN VEHICULO HABUERUNT. NAM EO IN IPSO MAGISTRATUS OVEM QUANDAM, QUAE PER VIAM RUSTICAM VAGABATUR, CUSTODIAE MANDAUERUNT.

2 DIXIT NUNTIATOR OFFICIALIS DIURNARIIS EDOCENDIS EAM BESTIAM DIE LUNAE E GREGE SUO, QUI HAUD PROCU ABESSET, FUGITIVAM FACTAM ESSE ATQUE IN VIA FUISSE. QUAM CUM COMPLURES AUTOCINETISTAE ANIMADVERTISSENT, CUSTODES PUBLICOS ARCESSIVERANT.

3 PRIMO VERO PARUM FORTUNA FAVIT "PASTORIBUS AUXILIARIIS VESTITU FORENSI INDUTIS", UT IPSI SE PER IOCUM IN RELATIONE APPELLAUERUNT: NAM SIMULAC OVIS HOMINES CONSPEXIT, PROTINUS AUFUGIT. RETTULIT IDEM NUNTIATOR MAGISTRATUS PEDIBUS EAM INSEQUI COEPISSE. DENIQUE EIS CONTIGIT, UT BESTIAM CONSEQUERENTUR ATQUE COMPREHENDERENT.

4 NE ITERUM EX EORUM MANIBUS ELABERETUR, IN AUTOCINETUM SPECULATORIUM SINE MORA CONIECERUNT. INSOLITA ENIM OFFICIA ET MUNERA INSOLITIS QUOQUE RATIONIBUS EXSEQUENDA ESSE AIEBANT CUSTODES IPSI. POSTREMO PASTOR OVEM A CUSTODIBUS RECEPTAM AD GREGEM REDUXIT.

CONVERTIT IN LATINUM VULCANUS.

1 **ovis, ovis f.** – Schaf – **aberrare (aberravi)** – umherirren – **apud** + Akk. – bei – **Constantia, -ae f.** – Konstanz – **urbs, urbis f.** – Stadt – **civitas, -atis f.** – Staat – **foederalis, -e** – Bundes- ... – **Badenia-Virtembergia** – Baden-Württemberg – **situs, -a, -um** – gelegen, befindlich – **custos publicus** – Polizist (**custos. custodis m./f.** – Wächter(in), Hüter(in), **publicus, -a, -um** – öffentlich) – **mirus, -a, -um** – erstaunlich, ungewöhnlich – **quidam, quaedam, quiddam, quoddam** – (nach Adjektiven): ganz, wahrhaft, außerordentlich (vgl. unten) – **captivus, -i m.** – Gefangener – **quadrupes, quadrupedis** – vierfüßig – **vehiculum, -i n.** – Fahrzeug – **officialis, -e** – amtlich, dienstlich – **habere (habui)** – haben – **nam** – denn – **eo in ipso** – in eben diesem, eben dort (gemeint ist das Dienstfahrzeug) – **magistratus, -us m.** – Beamter – **quidam, quaedam, quoddam** – ein (gewisser) – **per** + Akk. – über ... hin,

entlang (vgl. unten) – **via, -ae f.** – Straße – **rusticus, -a, -um** – ländlich, Land- – **vagari (vagatus sum)** – umherirren – **custodiae mandare** – in Gewahrsam nehmen, gefangen nehmen (**custodia, -ae f.** – Gewahrsam, Haft, **mandare [mandavi]** – überlassen)

2 **dicere (dixi)** – sagen, berichten – **nuntiator officialis diurnis edocendis** – (Presse)Sprecher (**nuntiator, -oris m.** – Berichterstatter, **officialis, -e** – s.o., **acta diurna od. bl. diurna, -orum n.** – Journal(e) zu täglichen Begebenheiten: Staatszeitung(en), **edocere (edocui)** – gründlich unterrichten, genaue Auskunft geben; **edocendis** ist das Gerundivum im Dativ zur Angabe des Aufgabenbereichs: für die gründliche Unterrichtung der Zeitungen) (**diurna edocenda** [< die zu unterrichtenden Zeitungen]) wird im Neulatein sonst als Vokabel für Presse verwendet – **bestia, -a e f.** – Tier (das

deutsche Wort „Bestie“ heißt auf Lateinisch **belua, -ae f.**) – **dies, die m.** – Tag; **dies Lunae** – Montag; **luna, -ae f.** Mond – **e / ex** + Abl. – aus ... heraus – **grex, gregis m.** – Herde – **suus, -a, -um** – sein, ihr – **haud** – nicht – **procul** – weit – **abesse (afui)** – entfernt sein – **fugitivus, -a, -um** – flüchtig, entflohen; **fugitivus fieri (factus sum)** – ausreißen (< flüchtig werden) – **in via** – auf der Straße = unterwegs – **quam ≈ eam** (relativischer Satzanschluss) – **complures, -a** – mehrere – **autocinetista, -ae m.** – Autofahrer – **animadvertere (animadverti)** – bemerken – **arcessere (arcessivi)** – herbeirufen, holen

3 **primo** – zuerst, anfangs – **vero** – aber – **parum** – (all)zu wenig – **fortuna, -ae f.** – Glück – **favere (favi)** + Dat. – günstig sein, gewogen sein – **pastor, -oris m.** – Hirte – **auxiliaris, -e** – (aus)hilfsweise – **vestitus forensis** – Uniform (**vestitus, -ūs m.** –

Kleidung, **forensis**, -e – dienstlich) – **induere (indui)** – anziehen; **indutus**, -a, -um + Abl. – bekleidet mit – **ut** + Ind. – wie – **ipse**, -a, -um – selbst (*in Verbindung mit se*, sich steht **ipse** meist im Nominativ) – **per iocum** – spaßeshalber, zum Scherz (**per** – durch, mittels, **iocus**, -i m. – Scherz) – **relatio**, -onis f. – Bericht – **appellare (appellavi)** – nennen, bezeichnen – **simulac** + Ind. Perf. – sobald – **homo**, **hominis** m. – Mann – **conspicere (conspexi)** – erblicken – **protinus** – sofort, stracks – **aufugere (aufugi)** – davonlaufen – **referre (rettuli)** – berichten – **idem**, **eadem**, **idem** – derselbe – **pedibus** – zu Fuß; **pes**, **pedis** m. – Fuß – **insequi (insecutus sum)** – verfolgen – **incipere (coepi)** – beginnen –

denique – schließlich – **contingere (contigi) + ut** – gelingen, dass – **bestia**, -ae f. – Tier – **consequi (consecutus sum)** – einholen – **comprehendere (comprehendi)** – ergreifen

4 **ne** + Konj. – damit nicht – **iterum** – erneut – **manus**, -us f. – Hand – **elabi (elapsus sum)** – entkommen, entschlüpfen – **autocinetum speculatorius** – Streifenwagen (**autocinetum**, -i n. – Auto, **speculatorius**, -a, -um – zum Ausspäher gehörig, zum Kundschafter gehörig) – **sine** + Abl. – ohne – **mora**, ae f. – Verzögerung – **conicere (conieci)** – wohin schaffen, wohin stecken – **insolitus**, -a, -um – ungewöhnlich – **officium**, -i n. – Dienst – **munus**, **muneris** n. – Aufgabe; **officia et munera** ist

eine für das Lateinische typische Ausdrucksdoppelung (*Hendiadyoin*) – **ratio**, -ionis f. – Verfahrensweise, Maßnahme – **exsequi (exsecutus sum)** – (Pflicht, Aufgabe) erledigen, erfüllen, ausführen (*bei exsequenda esse handelt es sich um das Gerundivum: ... müssen erledigt werden*) – **aio**, **ais**, **ait** – sagen – **postremo** – zuletzt – **recipere (recepi)** – zurückerhalten – **ad** + Akk. – zu – **reducere (reduxi)** – zurückführen, zurückbringen

Deutscher Ursprungstext:

Ein Schaf auf Abwegen

1 Einen ungewöhnlichen Gefangenen auf vier Beinen hatte die Polizei bei Konstanz in Baden-Württemberg in ihrem Dienstwagen: Beamte nahmen dort ein Schaf in Gewahrsam, das über eine Landstraße lief.

2 Das Tier war am Montag von seiner Herde in der Nähe ausgebüxt und auf der Straße unterwegs, wie ein Polizeisprecher sagte. Mehrere Autofahrer hatten das Schaf gesehen und die Beamten gerufen.

3 Zunächst hatten die „Hilfsschäfer in Uniform“, wie die Polizei sich selbst in einer Mitteilung nannte, nicht sehr viel Glück: Als das Schaf die Beamten sah, sei es davongerannt. Laut dem Sprecher nahmen die Beamten zu Fuß die Verfolgung auf. Schließlich gelang es ihnen, das Tier einzufangen.

4 Damit es nicht noch einmal davonrennen konnte, sperrten die Polizisten es kurzerhand in den Streifenwagen. Ungewöhnliche Einsätze erforderten eben ungewöhnliche Maßnahmen, so die Polizei. Schließlich holte der Schäfer das Tier ab und brachte es zurück zu seiner Herde.